



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

1. An si quis sciat aliquem commisisse delictum in Edicto contentum, sed hoc non possit probare, teneatur in tali casu denunciare? Et quid, si casus sit de hæresi formali? Ex p. 1. tr. 4. res. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

fin. § Terrio possunt Ordinarij: ac etiam probabiliter in foro exte-
riori: imò ubi non est recepta Bulla Cœnæ, ab omnibus
probatum à censuris, & vix exceptis censuris, & superius in
tr. 2. ref. 74. notum ubi recepta est Bulla, dummodo sint occulta.

2. Probat hoc ultimum ex communicatione cap.
Liceat session. 24. Trident. reform. quoniam facultas ibi
concessa ab illis absolvendi, est in perpetuum anne-
xa dignitati Episcopali, ac consequenter jure ordina-
rio competit Episcopis, ac proinde Regulari Confes-
sario, cum per sua privilegia communicet in privile-
giis Episcoporum quoad facultatem absolvendi. Acce-
dit quod per talem concessionem hi casus desinunt esse
Papales, suntque Episcopales, ad quos absolvendos
Episcopi committere possunt. Vnde cum in casibus
Episcopaliibus absolvendis possit idem quod possunt
Episcopi; potest ab illis absolvere, & consequenter
ab hæresi: cum sit primus ex illis.

3. Hi tamen notabis, teneri Regularem absol-
ventem hæreticum, hæc quæ sequuntur observare. Pri-
mum extorquere ab Hæretico anathema adversus hæ-
resim, quam professus fuerat. Secundum jurare, quod
in posterum manebit in fide Catholica, ille autem
qui absolvit hæreticum non præmissa abjuratione,
peccat, valet tamen absolutio. Ita Brunus; qui postea
addit, quod potest Sacerdos Regularis virtute suo-
rum privilegiorum absolvere in foro conscientie
quemcumque ab omnibus antedictis censuris irreti-
tum, licet censura illæ deductæ sint ad forum con-
tentiosum; & licet publicæ sint: imò etiam ab illis,
à quibus aliquis est nominatim denunciatus.

4. Sed quidquid sit de his, certum est quod Con-
fessarij Regulares virtute suorum Privilegiorum non
possunt absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, præsertim
quoad Hæresim, & in nostro Sacro Tribunali punire-
tur Confessarius Regularis, qui hanc doctrinam ad
proxim deduceret. Et idem dicendum est, quoad casus
Episcopales, nam contruunt quæ dicit Pater Bruno;
etenim post privilegia in favorem Regularium ab ipso
adducta, tria decreta fuerunt emanata prohibentia ab-
solutionem casuum reservatorum.

5. Primum fuit Clementis VIII. editum die 9.
Januarij anni 1601. cum ejusdem Pontificis modera-
tione facta die 26. Novembris 1602. quo fuit limi-

tata supradicta facultas in sex aliis casibus (sed per Synodum
totam Italiam, extra Urbem nisi in articulo mortis) & in
nempe Primò, Violationis Immunitatis Ecclesiasticæ
in terminis Constitutionis Gregorij XIV. quæ inci-
pit, Cum alias nonnulli. Secundò Violationis Clausuræ
Monialium ad malum finem. Tertio, Provocationum, & in-
& pugnantium in Duello juxta Decretum Sacri Con-
cilij Tridentini, & Constitutionem Gregorij XIII.
incipientem, Ad tollendam, &c. Quarto, Injacentem
violentas manus in Clericos, juxta Canonem, Si quis laici-
suadente 17. questione 4. ac iuris dispositionem. Quinto,
Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam
confidentie beneficiæ. Sextò & ultimò, in omnibus
casibus, quos Ordinarii locorum sibi reservaverunt, & Res.

6. Secundum fuit, Pauli V. editum die 7. Januarij
1617. quo confirmatur, & innovatur Decretum su-
pradictum Clementis VIII. cum sua moderatione, non
obstantibus privilegiis, &c. Non autem tolluntur per
dictum decretum omnia privilegia Regularibus con-
cessa absolvendi à casibus, & censuris reservatis, ut
aliqui putaverunt, ut manifestè demonstrat noster
Duardus in Bulla Cœnæ lib. 3. §. 2. q. 1. a. n. 23. usque ad
33. inclusivè.

7. Tertium fuit Urbani VIII. editum die 17. No-
vembris 1628. quo prohibetur Regularibus facultas in
absolvendi à casibus reservatis in Bulla Cœnæ, & ca-
sibus reservatis Ordinariis locorum, ita ut nec intra
nec extra Italiam, nec virtute privilegiorum, aut con-
firmationum, quas hætenus obtinuerunt, vel deinceps
forè obtinebunt, possint ab illis absolvere.

8. Ex quibus evanescunt à Patre Bruno pronun-
ciata, ut rectè observat Marcellinus de Sancto Bene-
dicto in Compend. Privileg. Fulgensium verb. Absolutio
quoad saculares, §. 1. in Scholio, P. Peregrin. in Compend.
Privileg. Clericorum Regularium eodem verb. & §. cum
aliis communiter.

In Indice primo hujus tom. 5. lege Apendicem
ad hunc tract. 8. ubi reperies alias plures quæstio-
nes mistas, & dispersas per alios tom. tract. &
Ref. quæ simul pertinent ad hunc tract. 8. de Hæ-
resi, & Hæreticis, &c.

TRACTATUS NONVS,

DE

DENUNCIATIONIBVS

FACIENDIS EX EDICTO

DD. Inquisitorum, & in particulari ex
solicitatione facta in Confessione.

RESOLVTIO PRIMA.

An si quis sciat aliquem commisisse delictum in Edicto
contentum, sed hoc non posset probare, teneatur in tali
casu denunciare?

Et quid, si casus esset de hæresi formali? Ex p. 1. tract. 4.
Ref. 1.

§. 1. Negativè respondet novissimè ex Societ. Iesu sup. h.
Fagund. de prac. Eccl. tr. 2. lib. 4. c. 3. n. 31. exco-
pro casu hæresis formalis. Et hanc sententiam absoluit et docet

RESOL. II.

An peccata pertinentia ad Tribunal S. Officii sint denuntianda, etiam si probari non possint?
Et quid si peccatum sit de heresi? Ex p. 7. tr. 2. & Misc. 3. Ref. 21. aliis 19.

§ 1. Negativè novissimè respondit Stephan. Bau-
nius in *Theol. Mor. p. 2. disp. 4. tr. 3. q. 18.* ubi
sic ait: Solent iudices Ecclesiastici, ac Inquisitores fi-
dei proposita Excommunicationis poena edicere iis,
qui hæreticum aliquem norunt, ut apud se, nomen
ejus edant ac proferant, hic quaeritur an is denunciari
debeat, si non est crimen ejus cognitum, nec defectu
testium probandum?

2. Denunciandum dixere hi authores Barbosa de
potest. Episc. p. 3. alleg. 96. D. Thom. 2. 2. quest. 3. 3. art. 7.
Sotus 5. de just. q. 5. art. 1. & de tegendo secreto membr. 2.
quest. 5. Sanctarellus de heresi cap. 9. dub. unico, num. 3.
& 4. opinionis hujus præcipua sunt hæc firma-
menta.

3. Primum, quod proximi salus, bono communi ad-
dita, anteferenda sit privato unius cujuspiam commo-
do, sed est hæresis publicæ rei, privatæque ejus quem
infecti, iniuncta in primis, serpit enim, & ut in mala
contage, ad incautos incogitantis vulgi animos pene-
trat, ut qui communicat superbo, induit superbiam,
Eccles. 13. ita & qui hæretico affluet diu securus non
erit, nihil contagio suis corruptis ejus moribus, hi ad-
discuntur, & adhærescant facile, nec enim sibi tan-
tum erat hæreticus, sed & aliis erroris causa est, qui
ab eo in hos transfunditur. In summa, ut quædam in
contractos vitia corporis transiliunt, ita & hæreticus
mala sua proximis tradit, publicæ ergo salutis nocet
& sibi, ejus autem crimen, verum quidem, sed
occultum Episcopo, aut Inquisitori, qui desert, soli
sibi infamiam creat, cum sit periculum ne probatio-
num inopia, calumniator audiat, quod incommodum
quanquam magnum, ac prudenti cuique, jure metuen-
dum, non est tamen ejusmodi, quod communi mul-
torum exitio conferri debeat, suas ergo, rationes in
ejus delatione criminis, posteriores habere quique
debet communibus, ac publicis.

4. Secundum, etsi probari hæresis nequeat, non est
tamen ejus delatio inutilis, utpote quæ judici causam
est datura inquirendi studiosius, æquid in delato ad-
hærescat hæc labe, emaculanda sua cura.

5. Mihi tamen secus sentienti hæc in contrariam
partem suppeditabant argumenta.

6. Primum, quod Christi imperio, quæ sunt secreta
secreto argui oporteat, non publicè, coram iudice, aut
in multorum oculis, Matth. 18. Si peccaverit in te fra-
ter tuus (hoc est coram te ut ibi explicat August.) cor-
ripe eum inter te, & ipsum solum.

7. Secundum argumentum, denunciasdi hæreticum
casu posito, nulla est obligatio, si est hæc criminis
quo notatur, denunciatio facta judici, futura huic ad
remedium inutilis, accusato autem noxia, at est utrum-
que non sine causa, eaque probabili, deferenti testi-
monio poterat, de hæresi accusatus ab uno quopiam (hoc
tantum) & non convictus, poenam soli mutatione, aur
capite non luet, ejus ergo ad judicem delatio, ad vin-
dictam, aut medicinam prodesset nihil potest, & dela-
ta obest, quia famæ ejus inferitur injuria, cum sit au-
thore Less. lib. 2. de just. cap. 1. dub. 1. contra justi-
tiam admissum crimen ignotum tamen detegere cui-
piam. Ob hoc argumentum Inquisitori, ac judici de
hæresi, occulta, quæque in judicio probari nequit ab
ejus conficio, doceri se tamen, ac moneri jubentibus,